



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

In Evangelia: Qvæ Vsitato More in diebus Dominicis & Festis proponuntur, Annotationes Philippi Melanth.

Melanchthon, Philipp

Vuitebergæ, 1544

VD16 E 4532

Dominica Ivbilate Evangelium Ioan. XVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35272

DOMINICA SECUNDA

eens, & oves emissæ ex carcere, iam lætæ pastorem
& ducem sequuntur.

DOMINICA IVBILATE EVAN.

geliūm Ioan. XVI.

DIxit Iesus discipulis suis: Modicum
& non uidetis me, & iterum mo-
dicum, & uidebitis me, quia uado
ad Patrem. Dixerunt ergo quidam ex
discipulis eius inter se: Quid est hoc, quod
dicit nobis, modicum & non uidetis me,
& rursus, modicum & uidebitis me, &
quia ego uado ad Patrem? Dicebant er-
go: Quid est hoc, quod dicit, modicum?
Nescimus quid loquatur. Cognouit au-
tem Iesus, quia uolebant ipsum interro-
gare, & dixit eis: De hoc quæratis inter
uos, quod dixi, modicum & non uidetis
me, & iterum modicum, & uidebitis me.
Amen amendico uobis, plorabitis & fle-
bitis uos, Mundus contra gaudebit. Vos
autem contristabimini, sed tristitia uestra
uertetur in gaudium.

Mulier cum parit, tristitiam habet,
quia uenit hora eius, cum autem pepe-
rit puerum, iam non meminit pressuræ
propter

propter gaudium, quia natus est homo
in mundum. Et uos igitur nunc quidem
tristitiam habetis, sed iterum uidebo uos,
& gaudium uestrum nemo tollet à uo-
bis. Et in illo die me non interrogabitis
quicquam.

DVO SVNT LOCI.

- I Prædictio de afflictionibus Eccle-
siæ.
- II Consolatio in his afflictionibus.

DOMINICA CANTATE EVAN-
gelium Ioan. XVI.

Nunc autem uado ad eum, qui mi-
fit me, & nemo ex uobis interro-
gat me, quo uadam. Sed quia hæc
locutus sum uobis, mœstitudo impleuit
cor uestrum. Sed ego ueritatem dico
uobis, expedit uobis, ut ego uadam.
Si enim non abiero, Consolator ille non
ueniet ad uos. Sin autem abiero, mit-
tam eum ad uos. Et cum uenerit ille,
arguet mundum de peccato, & de iu-
stitia, & de iudicio. De peccato quidem,
O iij quia